



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.16. Obsidio Romæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

**Sæcul. VIII.** *periculis plenam susciperemus.* Et infra:  
**A. C. 755.** *Scitote, Principem Apostolorum promissionem a vobis factam custodire, & nihil impleatis, eandem in die Judicii contra vos producturum. Tunc enimvero ingnose excogitatæ excusationes non admittentur.*

### §. XVI.

#### *Obsidio Romæ.*

**Anast. ep. 4.** *Interim Aistulphus copias urbi admovet,*  
**&c. 6. Carol.** *bat, quam prima die Januarii anno se-  
 pttingentesimo quinquagesimo quinto  
 milite cinxit & tribus mensibus obsedit,  
 omnia extra mœnia posita ferro & igne  
 devastans, & quotidie vi summa irrum-  
 pere tentans. Sanctorum quoque cor-  
 poræ e Cœmeteriis effossa abstulit. Cum  
 obsidio jam septem septimanis tenuisset,  
 Papa itinere maritimo nec sine maximis  
 periculis in Franciam misit Georgium  
 Episcopum, Comitem Tomaricum & Ab-  
 batem, Warnerium nomine, qui a Pi-  
 pino Romam missus, cum Urbs obside-  
 retur ab hostibus, lorica pectus munie-  
 bat, & in mœnibus irruentes fortis bra-  
 chio repellebat. Hi duas, quas redde-  
 rent, habebant Epistolas, unam ad Re-  
 gem Pipinum, alteram ad Principes fi-  
 lios ejus, omnes Francos Ecclesiasticos,  
 Laicosque suo & omnium Romanorum  
 nomine datam, in qua nihil, quod in pri-*

**Ep. 4. &c. 6.**

**Cod. Carol.**

**Steph. ep. 4.**

**to. 6. Conc.**

**p. 1635.**

ma non legatur, dicit. Initium Episto- Sæcul. VIII.  
læ est ejusmodi: *Quam luctuosa & ama-* A. C. 755.  
*rissima tristitia circumvallati, quanta-*  
*que anxietate & angustia coarctati su-*  
*mus, & quantas, crebrescentibus conti-*  
*nuis malis, oculi nostri distillantes pro-*  
*fundant lacrymas, credimus, quod & ipsa*  
*elementorum segmenta enarrent.* Post  
alia, Romani Aistulphum loquentem in-  
ducunt in hunc modum: *Aperite mibi*  
*portam, & tradite mibi Pontificem ve-*  
*strum. Sin minus, videte, ne muros e-*  
*vertam, & uno vos gladio interficiam,*  
*& videam, quis vos eruere possit de ma-*  
*nibus meis.*

Postea de Longobardis loquens ait:  
*Ecclesias Dei incenderunt, sacratissimas*  
*Sanctorum imagines in ignem projece-*  
*runt, Munera Sacra, id est, Corpus Do-*  
*mini Nostri Iesu Christi in folles suos*  
*gniserunt, & cibo carnium prius saturati*  
*comedebant eadem Munera. Velamina*  
*Altarium, & Ecclesiarum Dei omnia or-*  
*namenta auferentes in proprias utilitates*  
*usi sunt. Servos Dei Monachos plagis*  
*maximis tudentes laniaverunt. Sancti-*  
*moniales fæminas abstrabentes magna*  
*crudelitate polluerunt, quin etiam ali-*  
*quas in ipsa contaminatione occidere nisi*  
*sunt. Domos cultas Beati Petri com-*  
*buserunt, & omnium Romanorum ædes*  
*destruxerunt. Pecora abegerunt, vineas*

Q; absca-

Sæcul. VIII. absciderunt, messes contriverunt, jamque  
 A.C. 755. inedia morimur. Servos S. Petri & Romanorum plurimos jugulaverunt, alios in captivitatem abstraxerunt: innocentes infantulos a mamillis matrum rapiunt & interemerunt. Tanta malitia nunquam a paganis Gentibus passi sumus.

## §. XVII.

*Epistola Nomine S. Petri data.*  
**T**andem Papa, in extrema constituta necessitate, industria, cuius exemplum nec superiora nec sequentia tempora in tota Historia Ecclesiastica praebent, usus, data nomine S. Petri ad Regem & Francos Epistola Apostolum ipsum Steph. ep. 5. Cod. Carol. 3 loquentem, quasi adhuc in terra viveret, induxit. Titulus ex Epistolis Canonis desumptus est hujusmodi: *Petrus vocatus Apostolus a JESU Christo Dei vivi Filio.* Et infra cum S. Petro etiam S. Virginem, Angelos, Martyres, omnes alias Sanctos perorantes inducit, ut Franci currerent & subvenirent antequam fons vivus, unde sacrati & renati essent, aresceret, & antequam Mater eorum spiritualis ab impiis violaretur. *Adjuro vos, inquit, Dilectissimi! per Deum vivum! minime permittatis, banc Civitatem meam Romanam & in ea habitantem populum amplius a Gente Longobardorum lania-*